Nobilissime Domine,

Postquam magna spe excidi, qua reducem è castris in hac urbe videndi & amplecti exoptaveram, occasionem hanc vel absentem salutandi nunc praetermittere non potui. Qui has defert, egregius est genealogista, et Hagam venit principi oblaturus stemma eius Arausionense, & Bredanum. Ipse versari in aulis non ineptus non abhorreret à Palatina. Ampl. Catsius mihi versus facit, quos serius, & quarta parte typis iam expressa (quod vix credere possem exiguis adeo rebus vacare velle tantum) petiisse me doleo. Singula Montani contra medicinam argumenta refutare conatus sum, quod erit vice τερατολογούμενον. Vale Nobilissime Domine, & me amare perge. x. Kal. Dec. CIↃ IↃ CXLI.

Nobiliss. nomini tuo devotiss.
Joh. Beverovicius

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Beverwijck) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2913

Nobilissimo, & amplis. viro,
D. Constantino Hugenio Equiti,
magno Principi à Cōsil. & secretis.

Hagam.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Beverwijck) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2913